

332 DE PROCURANDA INDORVM  
ipſo omnium conditore ius conditum, vt quæ  
à Deo didicerunt, doceant ipſi ceteros moita-  
les, quorum ſalutem optare & quaerere debent.  
*Matt. 16.* Qui ergo dixit, Ite in mundum vniuerſum, &  
predicare Euangelium omni creaturae, is certè  
aditum liberum quocunq; terrarum aperuit,  
quem qui nobis præcludere velint, & ſummi Dei  
præcones ac legatos inauditos à ſe relegant, non  
ſolum contra ſalutem ſuam hæc re putandi ſunt,  
verum etiam inſignem Chriſtiane Reip. contu-  
meliam irrogare. Quod ſi barbari prædicatione  
Euangelica commonendi excitandiq; ſunt, ne-  
que id fieri vnius, & alterius Sacerdotis peregrina-  
tione permittit, vel ipſorum ingenium ferox,  
vel regionum immenſa diſtantia, neceſſario præ-  
ſidio deſtituta, perſpicuum eſt complurium ho-  
minum cætu, & rerum opportunarum apparatu  
opus eſſe: quæ ſanè duo in Expeditionis ratione  
continentur. Nouas ergo ſiue Expeditiones, ſiue  
profectiones, ſiue alio melius vocabulo appelles,  
ad Indorum terras, conuiſumq; explorandum,  
eſſe æquitatis, & officij plenas, ſi genus ipſum per  
ſe ſpectetur, ſatis ex his perſuaſum puto. Ariſto-  
teles quidem in Politicis ſuis, Peregrinis non ad-  
modum fauere videtur. Seditiones, inquit, con-  
citant peregrinitas, donec in eandem ſimul conſpi-  
rationem deuenit. Quapropter quicumque  
adhuc inquilinos ſuſceperunt, vel aduenas, omnes  
ſerè ſeditionibus iactati ſunt, cuius documen-  
ti exempla plurima accumulât. Cæterum & ſi  
rectè ac perfectè inſtitutis ciuitatibus peregrino-  
rum turba meritò ſuſpecta eſſe debeat, ac  
proinde purgatio aliqua iuſta ſit, tamen barbaro-  
rum

*Ariſtot.  
3. Pol. c. 3.*

SALVTE. LIBER II. 133  
rum alia longè ratio eſt, qui vel ob hoc ipſum ex-  
ternis indigent, vt eorum Reſpub. rectè conſti-  
tuantur, imò verò vt poſſint ſeo nomine dignam  
habere Reſpub. quippe cum ſerarum magis ri-  
tu vitam agant, quos ad ſocietatem legeſq; natu-  
ræ accommodatas attrahere, & reluctantes  
quodammodo compellere, ſecluſa tamen ſerui-  
tute, & cæde, porius officio aſſignandum eſt.  
Quod vique adeo certum habuit Philoſophus, vt  
barbaros homines parère nolentes, bello etiam  
domare, iuſtum natura decernat, quod nos ita  
temperamus, vt capi quidem, aut cædi, aut  
proſtigari barbaros nequaquam ſinamus, pro-  
pterea quòd naturalem ſeruitutem nullam agnoſ-  
cimus, ſed tamen melioribus, & ſapientioribus  
pro ſua ſalute docendos ac regendos, non illi-  
beraliter committamus.

*Ariſtot.  
Polit. 5.*

#### CAPVT XIV.

*Quid in terris barbarorum,  
Chriſtianis liceat.*

Vnde ſit conſequens ea omnia, quæ huic  
ſini honeſtè præſcripto neceſſaria ſunt, ipſa  
lege naturæ, & Chriſti, noſtris apud illos lice-  
re, imò verò etiam expedire, modò id quod  
vbique quidem, ſed in hac maxime cauſa ſer-  
uandum eſt, modus adhibeatur, vt ne quid ni-  
mis. Quoniam ergo natura barbarorum eſt ma-  
ximè inconstans, atque inſida, opus eſt, vt qui  
apud illos verſantur, ſecuritati ſuæ conſulant, &

I ;

neque

334 DE PROCVRANDA INDORVM  
neque nocere cupiant, neque tamen se frustra  
ladi permitant. Quare quæ defensionis sunt  
propria & tutelæ, ea nemo culpæ debet, si  
Christiani fatagant. In quo genere sunt por-  
tus naualibus stationibus occupati, arcus ere-  
ctæ, ac munitæ, præsidia militaria cætera, quo  
confugere violati queant, & barbaros quan-  
tum satis erit, terrore ipso, in officio contine-  
re. Hoc à Lusitanis factitatum in plerisque  
Orientis maritimis vrribus, non sine egregia  
iporum gloria, & magna Christianæ Reipub.  
commoditate, nemo est, qui non laudet. Quod  
si morosior quisquam id interpretatur iniuriam,  
propterea quod in suo regno munitiones, &  
præsidia extrui ab externis, quis nostrorum  
Principum grauius indignaretur, & quanti  
posset viribus obsteret, intelligatur oportet,  
barbarorum ingenium eiusmodi esse, vt  
nullam patiatur iniuriam, si contra iporum ini-  
urias se quisquam muniat, quod in nostris hu-  
manè & pro dignitate se se gerentibus fecus ha-  
bet: qui enim inter suos non nisi armatus in-  
cederet, iniurius esset, idem si inter externos,  
& merito suspectos armatur, cautus & prou-  
idus potius dicitur. Adde quod iporum bar-  
barorum interest, vt nostri cum illis consueta-  
dinem, habeant, quam fieri possit, tutissimam,  
& diuina, vt religionis veræ, ac salutis suæ,  
documenta percipiant. Atque hæc quidem mi-  
litaris apparatus, & disciplina causa est, quam di-  
xi. Iam quod ad commutationes rerum pertinet,  
& mercimonia, nihil est quod hoc loco pecu-  
liariter præcipiendum sit, præterquam vt pretia  
rerum

SALVTE. LIBER II. 335  
rerum iudicio boni viri acque prudentis consti-  
tuantur. Quæ in re non medicocrem habet qua-  
estimationem, vtum quanti barbari merces nostras  
æstimant, tanti transigi possint. Nam bracteolas,  
& calculos, & gladiolos, & sistræ, & vitrea, id  
genus nugas ac scrupæ, tanto in pretio apud  
istos haberi competrum est, vt auri, aut argenti  
non paruam vim, interdum eximios etiam ima-  
ragdos cum his commutare perlibenter ament.  
Verum ista discutere enucleare, non huius nego-  
tij est. Illud exploratum teneamus, omne genus  
mercimonij cum illis exercere licere, pretium ve-  
ro neque leges neque certa ratione constare, sed  
iudicio sapientis, qui perspicat quantum abun-  
dent iis, quæ ipsi reddunt, & quanti faciant, vel  
ad vitæ præsidia, vel ad ornatum quandam ipsis  
charum ea, quæ accipiant à nostris, quanta ho-  
rum copia inopiæ sit: vt omnibus probe per-  
spectis atque libratis quæ rerum æstimatio iusta  
tensenda sit, statueret possit. De agris vero cole-  
dis, & fructibus faciendis, dummodo fundi his  
necessarii aut culti non occupentur, non dubium  
est quin beneficij etiam loco ponendum sit, si  
desertos & infecundos agros nostri exerceant,  
& sementem faciant, atque Europæ frugibus as-  
suefaciant. Idem in gregibus alendis iudicium est,  
vbi pascua vberissima nullis vrbibus vacant, quod  
plerique barbarorum armenti, ac pecoris negli-  
gentes sint, ventationibus delectentur. Denique  
quicquid vtilitatis nostris ex illorum solo accede-  
re potest, sine villo eorum detrimento, imo cum  
non exiguo emolumento, id iure naturæ con-  
cessum



136 DE PROCURANDA INDORVM  
cessum esse dubitare non possumus. Quamobrem  
quod ad auri & argenti fodinas exercendas spe-  
ctat, quod præcipue nostrates curant, pro conce-  
sso reputandum est; quicquid barbari pro negle-  
cto habent. Ita metalla fodienda suscipere, aut  
auri grana ex fluuiorum obicibus cogere, aut ar-  
genti fundendi industriam sequi, aut gemmas ex  
fundo explicari, aut pretiosos vniones eruere, aut  
quicquid denique rarum est, & indigenis, vel ig-  
notum, vel despectum, non est contra æquitatem,  
si harum rerum studiosi sua diligentia & industria  
persequantur. Sed obseruandum tamen, vt ne-  
que iam ab incolis occupata, & habita in pretio,  
injuriosè dolo, aut vi præripiantur, neque ipsi-  
met nostris ad nostras non ipsorum commodita-  
tes seruire cogantur: quod vtrumque periculi plea-  
num est.

---

### CAPVT XV.

*Quando liceat barbaris infidelibus bel-  
lum inferre.*

QVod si barbari, vt sæpè solent, nullis iniuriis  
læsi, sed humanè ac beneficè affecti, nostros  
lædere pergant, aut fide violata cædem mediten-  
tur, præsidia aggrediantur euertere, agros populen-  
tur, fruges corrumpant, naues iniecto igne crema-  
re studeant, dolo alimenta surripiant, aut denegè-  
t, cæterasq; iniurias adortantur, non solum nostris sese  
defendere, ac tueri licebit, verum etiam dâna illata  
reparare.

### SALVTE. LIBER II. 137

reparare, & acceptam contumeliam vlcisci, ac si  
res exigat, seridè agere, & bello prosequi rem:  
Nam belli eam iustam definiuimus causam, vbi  
iniuria læcessit princeps arma induit. Verum il-  
lud summopere aduertendum, non eodem modo  
barbarorum iniurias ac cæterorum hominum  
persequi oportere. Cum enim sint imbecilli, ac  
puerili ingenio Indi, magis puertorum ac femi-  
narum, vel potius pecudum more tractandi sunt,  
vt non tam eos serio vlcisci velis, quam necessario  
castigare, & tertere, neque tam gladius in istos  
acuendus est, quam intentandum flagellum, vt  
vel ita mulctati discant timere & parere. Non  
enim ad illa sæua statim veniendum est, ad ades  
incendio conflagrantes, viros ferro trucidandos,  
seruitutem perpetuam, & reliquas bellorum cala-  
mitates. Sed quatenus progrediendum sit, & vbi  
sistendum, Ducis Christiani charitas cum salutari  
prudencia coniuncta, & melius dictabit, & ple-  
nius, modò meminerit se Christi religionem pro-  
fiteri, & verbo & exemplo debere, vt non tam  
suis curet, vel incommoditates, vel iniurias, quam  
vt pretiosa animarum luera Domino acquirat.

---

### CAPVT XVI.

*De officio Prædicatoris Evangelici erga  
socios itineris.*

His ita explicatis, iam quod sit Evangelici  
prædicatoris officium in nouarum vocatio-  
ne

ne gentium, intueudum est. Atque illud in primis præcipiendum, ne quoniam nouo modo & immutata ratione Christum barbaris annuntiatum sit, septus militari præsidio & multiplici apparatus, idcirco se Apostolico officio minus fungi arbitretur, animúmque demittat; quasi Euangelium non euangelicè annuntiet. Oportet Dei seruum diuinæ per omnia voluntati promptissimè subdis, ac se æterna illius sapientia regi, generosè permittere. Non omnium eadem tempora, sed cuncta

*Eccles. 3.*

fecit Deus bona in tempore suo. Nouo generi hominum, nouam Euangelizandi rationem non ingrati suscipiet, quisquis non suam; sed Dei gloriam meditatúr. Sæpè aurea illa & depicta ante oculos antiquitatis laus, si ad nos referatur, nihil aliud, quam umbram quandam & fastum & nominis appetentiam immoderatam sapit.

*Phil. 4.*

Etenim quid magis Apostolicum quam ubique, & in omnibus institutum esse, vt sciat Dei seruus, in quibus est; sufficiens esse, & abundare & penuriam pati. Aliquando Christi discipuli sine sacculo, sine duplici tunica Euangelizant, aliquando vero etiam penulam postulant, & sollicitè præmitti iubentur, vt ne quid illis desit.

*Mat. 10.*

*2. Tim. 4.*

Quod si militum & secularium profana turba mouet Christi seruum, meminerit Paulum apud Iulium nauigantem cum cohorte Italica eaque superstitionis Gentilicæ, eundem doctorem Gentium recolat Romam caput mundi primum ad se ingredientem spectasse vincitum, & militari custodia circumdatum. Quis vero ita crederet: Maximi prædicatoris in maximam urbem ingressum quam alienum, quam incommodum putes,

*Tit. 3.*

*Act. 27.*

si

*Act. 18.*

si humanas rationes consulas; Ac si diuinas, Quæ *Phil. 1.* circa me sunt, inquit, magis ad profectum venerunt Euangelij. Verbum enim Dei non est ligatum. Quamobrem gloriosè profusè non hortatur strenuus militiæ celestis dux, Vt in omnibus exhibeamus nos sicut Dei ministros, non solum in vigiliis, in ieiuniis, in castitate, in scientia, in longanimitate, in suauitate, in Spiritu sancto, in charitate non ficta, in verbo veritatis, quæ postea commemorat, verum etiam in iis, quæ prius admonenda putauit, in multa patientia, in tribulationibus, in necessitatibus, in angustiis, in plagis, in carceribus, in seditionibus, in laboribus. Denique; In virtute Dei, per arma iustitiæ à dextris, & à sinistris, per gloriam, & ignobilitatem, per infamiam, & bonam famam, vt seductores, & veraces, sicut ignoti & cogniti, quasi morientes, & ecce viuimus, vt castigati, & non mortificati, quasi tristes, semper attem gaudentes, sicut egentes, multos autem locupletantes, tantquam nihil habentes, & omnia possidentes. His celestis tubæ vocibus generosè animatus Christi miles, cum ad rem induxerit animum, & se totum diuino arbitrio permiserit, iam quid sibi præstandum sit erga ceteros, animaduertat oportet. Atque hic aduersus socios itineris, vel maritimi, vel terrestris, partes suas diligenter intelligat, vt eos quantum fieri possit, in disciplina Christiana conseruet, primum beneuolentia in omnes, omnibus omnia factus, vt omnes Christo lucrificiat, affabilis, suauis, sermonem habens semper in gratia sale conditum, vt sciat quomodo vnicuique eum oporteat respondere, ac nihilominus tempus redimat,

*Phil. 1.*

*2. Tim. 2.*

*2. Cor. 6.*

*1. Cor. 9.*

*Col. 4.*

*Ephes. 5.*

*Rom. 15.*



140 DE PROGVRANDA INDORVM  
*Gal. 6.* dimat, vt sibi interdium vacet & Deo. Infirmitates aliorum portare, & non sibi placere, & præoccupatum in aliquo delicto si spiritualis est, in spiritu lenitatis instruere, omnem hominem iuxta Apostolum, & corripere, & docere, & conari, vt exhibeat perfectum in Christo Iesu. Hoc vt efficiat, frequenter Verbum Dei proponit in spiritu, & virtute conterens petras. Neque valde locis aut temporibus impediatur, sciens Paulum in litore orasse, & prædicasse in plateis; in tentoriis, in nauigio; omnem locum Dei verbo non incommodum iudicabit. Ad pœnitentiam maxime hortabitur omnes; confessiones indefessè excipiet, & scelorum, neque multitudinè, neque magnitudine perterrebitur, sciens Christi sanguinem propitiationem esse pro peccatis totius mundi. In lumina duo magnopere providere debet, vnum, vt salutem suorum consulat verbo, & re; quantum licebit: alterum idque præcipuè, vt infidelium ac neophytorum illis curam serio ac sæpe commendet: ne nostrorum, vel iniuriis læsi, vel malefactoris offensæ Christianæ religionis nomen blasphemet. Quid illis fas sit, quid nefas, tum quid deceat, & expediat, secundum ea, quæ supra sunt disputata, docebit, atque eos quamvis in militari classe, tamen Apostolorum quodammodo officio satisfacere debere admonebit. Denique saraget Christi seruus omnibus modis, vt Christiani Christo, si non militent, vt par est, ne saltem bellum implacabile indicant, facti laqueus (vt scriptum est) speculationi, & rete expansionem in Thabor.

*1. Ioan. 2.*  
*1. Cor. 1.*  
*1. Cor. 13.*  
*1. Cor. 14.*  
*1. Cor. 15.*  
*1. Cor. 16.*  
*1. Cor. 17.*  
*1. Cor. 18.*  
*1. Cor. 19.*  
*1. Cor. 20.*  
*1. Cor. 21.*  
*1. Cor. 22.*  
*1. Cor. 23.*  
*1. Cor. 24.*  
*1. Cor. 25.*  
*1. Cor. 26.*  
*1. Cor. 27.*  
*1. Cor. 28.*  
*1. Cor. 29.*  
*1. Cor. 30.*  
*1. Cor. 31.*  
*1. Cor. 32.*  
*1. Cor. 33.*  
*1. Cor. 34.*  
*1. Cor. 35.*  
*1. Cor. 36.*  
*1. Cor. 37.*  
*1. Cor. 38.*  
*1. Cor. 39.*  
*1. Cor. 40.*  
*1. Cor. 41.*  
*1. Cor. 42.*  
*1. Cor. 43.*  
*1. Cor. 44.*  
*1. Cor. 45.*  
*1. Cor. 46.*  
*1. Cor. 47.*  
*1. Cor. 48.*  
*1. Cor. 49.*  
*1. Cor. 50.*  
*1. Cor. 51.*  
*1. Cor. 52.*  
*1. Cor. 53.*  
*1. Cor. 54.*  
*1. Cor. 55.*  
*1. Cor. 56.*  
*1. Cor. 57.*  
*1. Cor. 58.*  
*1. Cor. 59.*  
*1. Cor. 60.*  
*1. Cor. 61.*  
*1. Cor. 62.*  
*1. Cor. 63.*  
*1. Cor. 64.*  
*1. Cor. 65.*  
*1. Cor. 66.*  
*1. Cor. 67.*  
*1. Cor. 68.*  
*1. Cor. 69.*  
*1. Cor. 70.*  
*1. Cor. 71.*  
*1. Cor. 72.*  
*1. Cor. 73.*  
*1. Cor. 74.*  
*1. Cor. 75.*  
*1. Cor. 76.*  
*1. Cor. 77.*  
*1. Cor. 78.*  
*1. Cor. 79.*  
*1. Cor. 80.*  
*1. Cor. 81.*  
*1. Cor. 82.*  
*1. Cor. 83.*  
*1. Cor. 84.*  
*1. Cor. 85.*  
*1. Cor. 86.*  
*1. Cor. 87.*  
*1. Cor. 88.*  
*1. Cor. 89.*  
*1. Cor. 90.*  
*1. Cor. 91.*  
*1. Cor. 92.*  
*1. Cor. 93.*  
*1. Cor. 94.*  
*1. Cor. 95.*  
*1. Cor. 96.*  
*1. Cor. 97.*  
*1. Cor. 98.*  
*1. Cor. 99.*  
*1. Cor. 100.*

CAPVT

## CAPVT XVII.

*Qualem se prestare debeat Christi seruus  
 in conuersione infidelium.*

Cum nostris cura erit, quam diximus. Cum infidelibus verò ad Christum conuertendis, cuius rei causa omnis iste labor susceptus est, omnes charitatis vires exeret operarius Domini, memor se opus Domini operari, repetens verò animo, & altius pendens, Neminem venire ad Christum nisi quem Pater traxerit, Fidemque Dei donum esse, & corda hominum in manu Domini, in quo voluerit vertat, Voluntatemque à Domino præparari, & multa talia quibus Spiritus sanctus certissimos nos esse voluit, nullius esse industrialitæ, nullius diligentie nostræ vocationem gentium ad Euangelium, sed solius miserentis, & præuenientis Dei; ad orationes, & preces assiduas, atque feruentis totum se confert, spem omnem in cælesti gratia collocans, & diuinæ misericordiæ fores diutissime pulsans. Et quamvis in omni negotio orationis præsidio fidendum sit; at in hac vna re nihil oratione magis necessarium, nihil omnino potentius: hæc vna impetrat gratiam, cui acceptam oportet referre Fidem. Apostoli quidem cum cætera beneficentiæ officia ab se abegissent, Nos, inquit, Orationi, & ministerio Verbi instantes erimus, aded inter se duo illa coherere intelligebant. Nunquam Petrus, & Ioannes, nunquam Paulus ante precem ad Deum fulam,

*Ioan. 6.*  
*Ephes. 2.*  
*Prou. 21.*  
*1. Cor. 12.*  
*1. Cor. 13.*  
*1. Cor. 14.*  
*1. Cor. 15.*  
*1. Cor. 16.*  
*1. Cor. 17.*  
*1. Cor. 18.*  
*1. Cor. 19.*  
*1. Cor. 20.*  
*1. Cor. 21.*  
*1. Cor. 22.*  
*1. Cor. 23.*  
*1. Cor. 24.*  
*1. Cor. 25.*  
*1. Cor. 26.*  
*1. Cor. 27.*  
*1. Cor. 28.*  
*1. Cor. 29.*  
*1. Cor. 30.*  
*1. Cor. 31.*  
*1. Cor. 32.*  
*1. Cor. 33.*  
*1. Cor. 34.*  
*1. Cor. 35.*  
*1. Cor. 36.*  
*1. Cor. 37.*  
*1. Cor. 38.*  
*1. Cor. 39.*  
*1. Cor. 40.*  
*1. Cor. 41.*  
*1. Cor. 42.*  
*1. Cor. 43.*  
*1. Cor. 44.*  
*1. Cor. 45.*  
*1. Cor. 46.*  
*1. Cor. 47.*  
*1. Cor. 48.*  
*1. Cor. 49.*  
*1. Cor. 50.*  
*1. Cor. 51.*  
*1. Cor. 52.*  
*1. Cor. 53.*  
*1. Cor. 54.*  
*1. Cor. 55.*  
*1. Cor. 56.*  
*1. Cor. 57.*  
*1. Cor. 58.*  
*1. Cor. 59.*  
*1. Cor. 60.*  
*1. Cor. 61.*  
*1. Cor. 62.*  
*1. Cor. 63.*  
*1. Cor. 64.*  
*1. Cor. 65.*  
*1. Cor. 66.*  
*1. Cor. 67.*  
*1. Cor. 68.*  
*1. Cor. 69.*  
*1. Cor. 70.*  
*1. Cor. 71.*  
*1. Cor. 72.*  
*1. Cor. 73.*  
*1. Cor. 74.*  
*1. Cor. 75.*  
*1. Cor. 76.*  
*1. Cor. 77.*  
*1. Cor. 78.*  
*1. Cor. 79.*  
*1. Cor. 80.*  
*1. Cor. 81.*  
*1. Cor. 82.*  
*1. Cor. 83.*  
*1. Cor. 84.*  
*1. Cor. 85.*  
*1. Cor. 86.*  
*1. Cor. 87.*  
*1. Cor. 88.*  
*1. Cor. 89.*  
*1. Cor. 90.*  
*1. Cor. 91.*  
*1. Cor. 92.*  
*1. Cor. 93.*  
*1. Cor. 94.*  
*1. Cor. 95.*  
*1. Cor. 96.*  
*1. Cor. 97.*  
*1. Cor. 98.*  
*1. Cor. 99.*  
*1. Cor. 100.*

fulam, de Christo ad populum verba fecerunt, Et rectè Dionysius monet ante omnem actum. Theologia præsertim, orationem prærite oportere. Augustinus quoque cum Ecclesiasticum Oratorem informat, initio sermonis se, & sua omnia, & fructum atque exitum orationis Deo committere ingenuè admonet. In cuius manus sumus, & nos, & sermones nostri. Ipse mediator Dei, & hominum Christus Iesus non ante ad prædicandum Apostolos mitrit, quam in oratione peritigil pernoctarit. Neque enim tam sermonis, & diligentia suæ fructum, quam orationum expectare debet fidelis Dei minister. Neque suis tantum sacrificiis, & precibus quamuis assiduis, quamuis feruentibus, contentus esse debet, sed aliorum etiam Christi seruoium auxilia studiosissimè efflagitare, vt ex multarum personis facierum gratia agantur pro eo, & consensus fratrum super omni re, quam petierint, in nomine Christi, obtineat apud Patrem misericordiarum. Paulus tantorum apud Deum meritorum vir per omnes epistolas pro se orari obnixè contendit, vt sermo Dei curat, & clarificetur, vt liberetur ab importunis, & malis hominibus, vt detur illi fiducia in apertione oris sui, vt loquatur Dei verbum ita, vt oportet eum loqui. Atque hæc, & alia huius generis cogitans Christi seruus, maximam atque optimam ministerij sui spem, in efficacibus & frequentibus, & suis & suorum orationibus collocabit. Deinde exemplo suo, ac vitæ integritati, & innocentia secundas partes attribuet, patiens, benignus, humilis, beneficus, continens, mansuetus, super omnia verò Christi, & fratrum charita-

te

te ardens. Sermones nostros minus fortasè barbari intelligent : at virtutis officia, vbique & clarè loquuntur, & perfectè intelliguntur, & potentissimè persuadent. Sed in hoc genere peculiariter fides, ac sincera beneuolètia in barbaros ac vultu paterna quædam prudentia exhibenda est. Nihil aequè animorum fidem conciliat ac beneficentia: vt de eo factis optimè mereri studeas, quem dictis tuis audientem velis. Quamobrem prædicaturos Apostolos iubet Christus infirmos curare, leprosos mundare, demones eicere, gratis accepta gratis dare, quod expeditissima ad conciliandos Euangelio homines via sit benignitatis ac beneficentia. Sentiant infideles, sentiant catechumeni, sentiant neophyti Patrem, & aduocatum : pro iis sæpè interpellat apud Duceum, & magistratum, hos à militum iniurijs tueatur, horum egestati consulat, vel propria mendicitate. Si quid acerbius designandum erit in aliquem, huius ipse administer non sit. Thesaurizet potius filius patrens, ac non solum sua, sed & se liberet impèdat, & superimpendat pro animabus eorum, licet plus diligens minus ipse diligatur. Neque datum requirit, sed fructum. Dici non potest, quam sit ad persuadendum efficax charitas, & viscera digna Apostolo. Vbi tamen (ne & hoc prætereamus) sic dilectionem impendere norit, vt se se tamen non improvidè committat alienis: ne, quod quibusdam contigit nostris, dum plus æquo indulget infidis, temeritatis suæ penas luat. Nihil mutabilis barbarorum ingenio. Paulo Apostolo naufragati exhibent non modicam humanitatem pyra accensa, eundem à vipera appetitum, homicidam reputat,

mox

Dionys. de  
Diu. nom.  
cap. 3.  
August. 4.  
lib. de Do-  
ctrin.  
Chri. c. 15.  
cap. 7.

Luc. 6.

1. Cor. 1.

Matt. 18.

2. Thef. 3.

Ephes. 6.

Col. 4.

Luc. 9.

1. Cor. 11.

Philip. 4.

Act. 18.



144 DE PROCURANDA INDORVM  
mox nihil à bestia lasum, pronuntiant Deum.  
Huiusmodi barbarorum ingenium est. Qui heri  
habebatis pro amico summo, hodie indicta causa  
interire iubetis, quem paulo ante homicidam &  
extremo supplicio dignum ducebant, mox, si ita  
res tulerit, adorabunt pro Deo. Itaque prudens  
ac fidelis Dei seruus, & illis consulat quantum po-  
terit, & sui nihilominus non erit negligens. Iam  
tercias partes in ministro Euangelij, Verbum Dei  
sibi vendicabit, qua vna in te vehementer, & in-  
defesse laborandum. Primum, vt sermonis aliqua  
copia sit, vel interpretem fidum vel per seipsum,  
si consequi poterit. Quocirca non multa neque  
ardua, sed pauca eademque sæpiùs repetendo ele-  
menta sermonum Dei tanquam pueros edocebit;  
& M. Francisci industriam sequens, sermone ver-  
naculo atque ipsis familiari mysteria fidei præci-  
pua & vitæ Christianæ regulas repetet: illorum  
fabulas ac nugas facile confutabit: exemplis vte-  
tur atque similibus, quam fieri possit, ipsis accom-  
modatis: interrogationibus vrgebit non insuaui-  
ter. Si deprehendat in quopiam ingenij aliquid  
atque iudicij, disputationes non admodum phi-  
losophicas sed populares potius instituet. Signa  
adhibeat externa, & ceremonias custrumque om-  
nem Ecclesiasticum plurimi faciet, vt vel hoc mo-  
do homines sensu obtusos commodius instruat.  
Iam concionibus publicis statim temporibus ager,  
iam priuatis colloquijs. Demulcere verbis, inui-  
tare premijs, minis tertere, persuadere exemplis,  
sed in Christi virtute, non in hominum sapien-  
tia. Deus, pater misericordiarum aderit seruo suo  
in omnibus, vt verbum Euangelij recipiatur, non

vt

vt verbum hominum, sed sicut est vere, vt ver-  
bum Dei. Sed quoniam cum de ordine, & modo  
catechizandi agetur, latius ista explicabuntur,  
fatis sit vel exiliter adumbrasse Euangelici prædi-  
catoris officium.

## CAPVT XVIII.

*De tribus impedimentis, que conuersioni  
gentium maximè obstant.*

**V**erum in conuersione gentium ad fidem,  
hostis nostri generis diabolus, cum acer-  
bissima torqueatur inuidia, quibus potest viri-  
bus atque artibus agit, ne opus Domini prospere-  
tur. Itaque innumera impedimenta molitur, vt  
fructum sementis diuinæ de cordibus audien-  
tium rapiat. Ad hæc paratum atque constantem  
oportet militem Christi stare, ne aspectibus  
offensus, ab incepto pedem referre incipiat, tum  
verò vt contrarijs vndique perspectis, remedia  
adhibere opportuna conetur. *1. Cor. 16.*  
Ostium fortasse erit apertum & euident, sed tamen aduersarij  
multi. Et quanquam sunt impedimenta verbi  
Dei plurima, tria tamen præcipua sunt: quorum  
vnum à nostris, alterum ab externis, tertium ab  
ipsismet, quibus Fides annuntiat, proficisci-  
tur. E nostris quidem, solent plurimum Indo-  
rum veram conuersionem retardare pessimi  
K exempli

exempli mores. Vnus autem ædificans, & alter destruens, quid proficit eis nisi labor? Nullam re vera ego grauiorem difficultatem sentio in hac causa: propterea quòd cum barbari religionis nostræ ignari sint, omnes nos similes ac veluti vnus coloris reputant. Ita crimen huius atque illius, in omnium redundat infamiam, & quod est grauius ipsum Christianum nomen apud infideles in odium venit. Huic quid potest afferri remedij, nisi vt nostrorum hominum licentia, quibus modis possit, frangatur, neque vsque ad miseram infidelium animas sequere sinatur? Deinde illud multum à B. Augustino commendatum in catechizandis rudibus documentum accurate seruetur, vt admoneantur ij, qui fidem suscipere parant, ne religionem nostram ex nostris hominibus metiantur, sed ex ipsius potius aequitate, & sanctitate. In nostris si quem viderint modestum & probum, cum secundum legem, & fidem sese gerere, quos vero arrogantes, auaros, obsecratos, inmites notarint, hos nobis quoque odio esse persuaideant, ac iuxta legem nostram multo grauissimas suorum scelerum pœnas daturos. In omni genere hominum bonos esse & malos: neque Christum cogere quenquam vi, sed in fururo iusta vel prœmia, vel supplicia cuique pro meritis referuare. Ad hæc quantum licet, vt à talium consuetudine & familiaritate abstineant, curandum, & boni viri frequentius barbaris obiciendi, & mutuo connectendi. Ad quæ omnia præsidis, siue ducis voluntas religiosè ac beneuolenter affecta, multum

Heel. 34.

De catechi. rudib. lib. 1. c. 25.

multum momenti afferret, vt cohibeat atque calstiget nimiam suorum insolentiam. Verum à suis quoque fidei candidati molestiam patiuntur non mediocrem, tum à Dominis, & proceribus, qui suos ad alienas leges transire grauius ferunt, tum maximè à veneticis & præstigiatoribus, & idololatriæ magistris, qui auaritia & ambitione corrupti luci & gloriæ iacturam facere se vident Christianæ religionis augmento. Hi vt quondam Iamnes & Mambre Moyli, Elymas Paulo & Barnabæ, obstinatè resistunt veritati. Quemadmodum in India Brachmanes, in Iapponia Bonzos, apud Noui regni incolas Piaches, in nostro Piru Humos cernimus. Et quidem Dominorum ac Principum suauiter, ac diligenter tentanda voluntas est, & expugnanda in Christo, & suorum obsequia, iuxta nostram legem promptiora futura, & gloriæ plurimum accessurum, cum his etiam crebrius & liberalius agendum. Multum quippe in vtramque partem horum studia promouent. Qua in re grauius à nostris peccatum esse in Atabalipæ Ingaurum Principis necè, ipsi quoque eius successores conquerebantur, quod affirmarent, si regis voluntas delinita obtineretur, breui admodum futurum, vt vniuersum Ingaurum imperium fidem libentissimè acciperet. Miro enim modo barbari omnes Regibus suis ac ducibus additi sunt. Aduersus Magos acrius pugnandum erit: totum fusc ac fraudes detegendæ, & traducenda insipientia, & tidenda deliramenta, & confutandæ versutia. Quòd si respicere nullo modo velint, & facultas non desit,

2. Tim. 3.

Ag. 15.



fit, à cæteris separandi, & grauius interdum multandi, modo plebem reliquam maior turbatio non sequatur. Sed his ambobus major ac difficilior Fidei impedimentum ex ipsa inueterata consuetudine proficiscitur. Vbiq; sanè consuetudo magnas vires habet, sed in barbaris longe maximas, quippe vbi rationis est minimum, ibi consuetudo radices profundissimas agit. In omni natura motio eo diuturnior ac vehementior, quo magis est ad vnum determinata. Ita lapidem sursum ferri, impossibile: deinde bruta animantia dedocere, difficile: mox hominem parum mente vigentem à consuetis retrahere, graue. Proinde in hac vna palæstra omnes suos sudores, operas, conatus exercebit copiosè Christi discipulus. Proderit autem quam plurimum, ritus, & signa, & omnem externum cultum diligenter curare. His quippe, & delectantur, & detinentur homines animales, donec paulatim aboleatur memoria, & gustus præteritorum. Quæ causa fuit Moyfi, vt populum Ægyptiis ritibus assuetum, multitudinè sacrificiorum, & ceteroniarum distineret. Neque enim prius quod spirituale est, sed quod animale. Postea superstitionis antiquæ monumenta cautè, & gradatim extinguenda curabit, vt idola sua Guacas, adorationesque omnes penitus dediscant, ac pro iis pias alias, atque Christianas frequentent. Deinde teneriores animos puerorum nondum illa superstitione imbutos Christiana consuetudo, & disciplina suauiter occupet, & paterna nugæ ridere, ac contemnere iubeat, quod M. Franciscus

1. Cor. 15.

Franciscus sapienter faciebat. Præmiis, & laudibus paruulos inuiter, atque animet, maiores puerorum exemplo pudefaciat, & terreat. Postremo quod omnium est, & præcipuè considerandum, & diligentissimè obseruandum, non facile crederet verbis, & quibusvis significationibus Barbarorum, etiam Fidem tenere, & Baptisimum appetere se proclamant. Cum enim sint leues corde, facile credunt, non Fidem concipientes ex Deo, facile quoque id retractant inconstantes, & leues. Diu & multum tenendi, vt quid profiteantur, intelligant; vt veterem consuetudinem idolorum deponant; vt mores alios induant. Denique consuetudinis peruersæ venenum alterius consuetudinis antidoto curandum est, vt verè Christum induant, ac non paritè in Christo, partim in Baal claudicantes, sibi grauiorem acquirant damnationem, & sancto nomini grauem faciant iniuriam. Non multitudine, sed veritate, animatum lucra computanda sunt. Ita religio Christiana plaris fiet, & qui illi dant nomina, gloriæ atque honori erunt.

## CAPVT XIX.

*Epilogus distorum.*

Quoniam verò de vniuersa catechizandi ratione vberius in quarto libro dicitur, nihil præterea addendum arbitror, nisi vt summam

K 3 *manu*

150 DE PROCVR. IND. SAL. LIB. II.  
 mam eorum omnium, quæ diserui, ad hoc  
 vnum conferam, vt per iniuriam fides nullo mo-  
 do propaganda existimetur, tum verò vt nouo  
 generi hominum nouam Euangelizandi rati-  
 onem non fastidiat Christi seruus: & quantum per  
 rerum & temporum opportunitates licebit insti-  
 tutum vetus atque Apostolicum conseruet: vbi  
 minus, id exactè fieri patitur conditio hominum,  
 intelligat, neque de merito, neque de laude, ne-  
 que vero de fructu aliquid sibi perire, si fideliter  
 Dei gloriam quærens atque animarum salutem,  
 labores suos, & curas omnes in Euangelij dila-  
 tandi studio ad finem vsque consumat.



DE



DE PROCVRANDA  
 INDORVM SALVTE.  
 LIBER TERTIVS.

*De Civili Administratione Indorum  
 saluti necessaria.*

CAPVT PRIMVM.

*Non esse questiones omnes tractandas, ac  
 deinceps de civili administratione  
 disserendum.*



Ci o equidem, in iis, quæ de iure  
 belli, deque promulgandi barbaris  
 Euangelij ratione hætenus dispu-  
 tata sunt, multa posse quæri, mul-  
 ta tractari, quæ à me parum ex-  
 plicata, vel etiam prætermisâ videantur. Ne-  
 que verò dubito quin studiosi ac literati non-  
 nulli diligentiorum; atque vberiorum harum re-  
 rum; quæ sunt per se quidem grauissima, & pre-  
 munt quotidie vehementer animos religiosos, tra-  
 ctationem desideraturi sint, quibus in re tanta